

erit in terra. Roma in persecutionē et gladio expugnabitur, et erit deprehensa in manu ipsius regis. Et erunt homines rapaces, cupidi, tyranni, odientes pauperes, opprimentes insontes, et salvantes noxios. Eruntque iniusti et nequissimi, et dominatores extermini captivabuntur; et non est in terra qui pro eis resistat et eruat eos, propter malitias eorum et cupiditates. Et tunc exsurget rex nomine H animo constans. H ille idem constans erit rex Rom. et Græcorum; hic statura grandis, aspectu decorus, vultu splendidus, atque per singula membrorum lineamenta decenter compositus, et ipsius regnum cxxii annis terminabitur. In illis ergo diebus erunt divitiæ magnæ, et terra abundanter dabit fructum suum, ita ut tritici modium denario uno venundetur, modium vini denario uno, modium olei denario uno. Et ipse rex Scripturam habebit ante oculos, dicentem: Rex Rom. omne sibi vindicat regnum Christianorum. Omnes ergo insulas et civitates paganorum devastabit, et universa idolorum templa destruet, et omnes paganos ad baptismum convocabit, et per omnia templa crux Christi Jesu erigetur. Tunc namque præveniet Ægyptus Æthiopiam munus dare Deo. Qui vero crucem Jesu Christi non adoraverint, gladio punientur. Et cum completi fuerunt trienni, Judæi convertentur ad Dominum, et erit a omnibus sepulcrum ejus gloriosum. In diebus illis salvabitur Israel, et habitabit confidenter. In illo tempore surget princeps iniquitatis de tribu Dan, qui vocabitur Antichristus. Hic erit filius perditionis, caput superbie, magister erroris, plenitudo malitiæ, qui subvertet orbem, et faciet prodigia et signa magna per falsas simulationes; deludet autem per artem magicam multos, ita ut ignis de cœlo descendere videatur. Et minuentur anni sicut menses, et menses sicut septimana, et septimana sicut dies, et dies sicut hora. Et exsurgent ab Aquilone spurcissimæ gentes, quas Alexander rex inclusit, Gog, videlicet, et Magog. Hæc duodecim regna, quorum numerus est sicut arena maris. Cum autem audietur rex Roman., convocato exercitu, debellabitur eos, atque prosternet usque ad internecionem. Et postea rex veniet Jerusalem, et ibi deposito capitis diademate, et omni habitu regali, regnum Christianorum Deo Patri relinquet, et Filio ejus Jesu Christo. Et cum cessaverit imperium Romanum, tunc revelabitur manifeste Antichristus, et sedebit in domo Domini in Je-

rusalem. Regnante autem eo, egredientur duo clarissimi viri, Elias et Henoch, ad annuntiandum adventum Domini; et Antichristus occidet eos, et post dies tres a Domino resuscitabuntur. Tunc erit persecutio magna, qualis non fuit antea, nec postea subsequetur. Abbreviabit autem Dominus dies illos, propter electos, et occidetur virtute Domini Antichristus a Michaelē archangelo in monte Oliveti. Cumque hæc Sibylla et alia multa Romanis prædiceret futura, quibus etiam signis ad judicandum Dominus venturus est, vaticinando, versus intonuit, dicens:

*Versus sibyllini de Christo.*

Judicii signum: tellus sudore madescet,  
E cœlo rex adveniet per secla futurus,  
Scilicet in carne præsens, ut judicet orbem:  
Unde Deum cernent incredulus atque fidelis,  
Celsum cum sanctis jam terminus exstat in ipso,  
Sic animæ cum carne aderunt, quas judicat ipse,  
Cum jacet incultus densis in vepribus orbis,  
Rejicient simulacra viri cunctam quoque gazam,  
Exuret terras ignis pontumque polumque:  
Inquirens tetri portas effringet Averni,  
Sanctorum sed enim cunctæ lux libera carni,  
Tradentur fontes, æternaque flamma cremabit.  
Occultos actus manifestans quisque loquetur,  
Secreta atque Deus reserabit pectora lucis;  
Tunc erit et luctus, stridebunt dentibus omnes.  
Eripitur solis jubar, et chorus interit astris,  
Volvetur cœlum, lunaris splendor obibit,  
Dejiciet colles, valles extollet ab imo:  
Non erit in rebus hominum sublime vel altum,  
Jam æquantur campis montes et cœrula ponti,  
Omnia cessabunt, tellus contracta peribit;  
Sic pariter fontes torrentur fluminaque igni.  
Sed tuba per sonitum tristem dimittet ab alto,  
Orbe genus facinus miserum variosque labores,  
Tartareumque chaos monstrabit terra dehiscens.  
Et coram hoc Domino reges sistentur ad unum,  
Recidet e cœlis ignisque et sulphuris amnis.

Tunc judicabit Dominus secundum uniuscujusque opus, et ibunt impii in gehennam ignis æterni; justi vero vitæ æternæ præmium recipient; et cœlum novum, et terram novam; et mare jam non erit. Et regnabit Dominus cum sanctis in sæcula sæculorum. Amen.

## Appendix

### AD VENERABILIS BEDÆ SPURIA.

## HISPERICA FAMINA,

SIVE

LATINITATIS INUSITATÆ VEL ARCANÆ OPUSCULUM,

AUCTORE INCERTO.

AB ANGELO MAIO, JUXTA ANTIQUM CODICEM VATICANUM, EDITUM.

(Classicorum auctorum tom. V.)

### MAII MONITUM.

1. Hoc inauditæ Latinitatis opusculum jamdiu mihi observatum fuerat in reginæ Suecæ Codice Vaticano sæculi x, vel xi, qui fuit olim senatoris Galli

Petavii: expectabam autem idoneam occasionem edendi ejus, quam nunc grammaticus Virgilius obtulit, ad quem singularis Latinitatis præceptorem non

incongruus comes hic accedit libellus; cuius auctorem gente Scotum fuisse dubitare vix licet, quia Scottigenæ vocabulum bis id indicat, p. 488, 489. Scotum autem eum dicimus, Hibernum æque intelligere possumus, nam Scotiæ appellationem tam Hiberniæ quam ei quæ proprie nunc dicitur Scotia communem olim fuisse exploratum est. Verumtamen dicit aliquis: Cur homo Scotus poema suum *Hesperica famina* appellat, cum Hespericæ vocabulo vel Italia significetur ab antiquis, vel Hispania? Equidem hanc dubitationem haud satis possum dissolvere; cæteroquin auctor non ad gustum Ausonicum, sed Hisperico sono loqui se ait, § 2: « Hispericum arripere tonui sceptrum, ob hoc rudem stemico logum. Quod si Ausonica me alligasset catena, sonoreus faminis per guttura populariet haustus. » Et iterum § 11: « Non ausonica me subligat catena; ob hoc Scottigenum haud criptundo eulogium. » Exclusa igitur Italia, superest ut de Hispania cogitemus; verumtamen, considerato totius scripti tenore, Hibernicus potius vel Scotus auctor rursus apparet, antiochelas laudans, marinis cursibus, venationibus, armentorum pastionibus, conviviis carnis salsamentisque deditus, quæ Scottigeno oleo illita dicit, ut mihi illud Hieronymi in mentem veniat Jovinianum dicentis Scotorum pultibus prægravatum (*Hieron., protog. Comment. in Jerem.*). Vel itaque vox *Hesperica* valet *Hibernica*, vel res Hiberni a idcirco *Hesperica* dicitur, quia Hibernia Occidentis orbi Europæo est; quamobrem Italiam Hespericæ nomine appellarunt Græci, vicissimque Itali Hispaniam Hespericæ vocabulo denotarunt. Sed eruditorum hac super re exspecto iudicia.

2. Duodecim Latinitatis genera ipse memorat auctor, p. 483, inter quæ duo vitiosissima videtur di-

A cere, barbaricum, scilicet, quo nomine Celtica, Francica, et Borealia quævis vocentur Hispericum, quo ipse utitur, idem clarifero ortum solo dicit; qua laudativa appellatione quam regionem designet, utrum nempe Hispaniam an potius Scotiam, rursus dubito. Stylus autem operis tumidus, abnormis, exorbitans, obscurus, ac sæpe inextricabilis. Quare rursus recordor Hieronymi qui de elocutione Joviniani, cuius filium Pelagium Scottigenam Orosius dicit (*De Lib. Arbit. l. Lugd. Bat. p. 615*), etsi alii aliter hoc dictum interpretantur, ait: « scriptorum tanta barbarie est, et tantus vitus spurcissimus sermone confusus, ut quid loquatur non potuerim intelligere; totus enim tumet, totus jacet (*Hieron., adv.-Jovin. l. init.*). » Et infra: « Quæ sunt hæc portenta verborum descriptionis dedecus? » Sed quanquam Hispericorum laminum lingua multo illa Jovinianæ est, ad dilatandam tamen Latinitatis historiam, ejusque fata enarranda, longe utilior commo-

B erit. 3. Materia vero opusculi talis est. Post exordium, in quo de sua eloquentia suo serit auctor, et de gentis propriæ, ut videtur, studiis, et de vario dialectorum genere, poëdam prosaicum scribit, cuius primo in capite diei prolixè pandit, id est, hominum opera a summo mane usque ad vesperam seram. In sequentibus historiam veluti naturalem tradit, comitum, maris, pugilla, sacra ædícula, precatione ad Ium. Corundem imponit operi descriptio venationis atque convivii, nec non certaminis adversus trunculos.

Intelligo bula; altere genus ellatione Hispaniam em operis ac sæpe aymi qui um Scottigenam Orosius dicit (*De Lib. Arbit. l. Lugd. Bat. p. 615*), etsi alii aliter hoc dictum interpretantur, ait: « scriptorum tanta barbarie est, et tantus vitus spurcissimus sermone confusus, ut quid loquatur non potuerim intelligere; totus enim tumet, totus jacet (*Hieron., adv.-Jovin. l. init.*). » Et infra: « Quæ sunt hæc portenta verborum descriptionis dedecus? » Sed quanquam Hispericorum laminum lingua multo illa Jovinianæ est, ad dilatandam tamen Latinitatis historiam, ejusque fata enarranda, longe utilior commo-

umidum modo discitur, studia quodam ordine opera a sequentibus, maris, pugilla, precatione ad Ium. Corundem imponit operi descriptio venationis atque convivii, nec non certaminis adversus trunculos.

## HISPERICA FAMINA.

1. Anpla pectoralem suscitât vernia cavernam, næstum extico pulmone tonstrum, sed gaudisluam pectoreis arto procellam artheris; cum insignes sophiæ speculator arcatores, qui egregiam urbani tenoris propinant faucibus lynpham, vipereosquæ literaturæ plasmant syllogismos; cui mundano triquadrae telloris arucorhetorum florigera flectit habenas caterva, et qui remota vasti fundamnis deseruere competa, utrum fabulosas per ora depromunt gazas? Num trucida altercaminum inter soboles pubescunt litigia? An placorea abucant proles sceptia? Utrum sævus armatorum cœtus toxica coriuit certandi in acie, ut furis ostrei cruoris rivis candida olivarent madiada? Seu spumaticum bombosi lithis flustrum inertes oppressit naufragio remiges? An horridum communi stragi rapuit acculas letum? Quos edocetis fastos? Cuique adhæretis rhetori? Huic lectorum sollertem invito obello certatorem, qui sophicam plasmaverit avide palæstram. Et trinos antea dimicavi athletas, inertes mactavi duelles, ac robustos multavi coævus, fortioresque prostravi in acie cyclopes. Hinc nullum subterfugio æquevum. Dum truculenta me vellicant opicula, protinus versatilem evagino spatham qua almas trucidat statuas. Arboream capto iduma peltam quæ carneas cluit tutamne pernas. Ferralem vibro pugionem, cuius

C pitheum assiles macerat rostrum cidones, ob cunctos lastro in agonem coævus.

2. Hæc compta dictaminum fulget spatio, ut nullo vitioso aggere glomerat logos, ac sollemem libramine artat vigorem, et æquali plasmamine guttura scurrunt examina apiastris, melchillentaque sorbilla fluente alvearus, ac solitos stemicant rostris flumens. Hic comptus arcatorum exomiat cœtus, cui delum per lapsa temporum stadia parem non crevimus phalanx gem, nec futura temporalis globi per pagella æquiperatam fulgidi rumoris specularimur cateram. Sed præsto horrendus adstat chelydrus, qui talis m vipereo ictu sauciabit turbam, nisi vasti exigent rectorem poli, qui flougerum agmen regulose solverit discrimine. Novello temporei globaminis cyclo Hispericum arripere tonui sceptum: ob hoc rudem stemico logum, ac exiguus serpit per ora rivis. Quod si amplo temporalis ævi stadio Ausonica non alligasset catena, sonoreus faminis per guttura populariet haustus, ac immensus urbani tenoris manat et faucibus tollus. Quod propriferum plasmata orgium? utrum alma scindis securibus roborata, utico quadriana denomigerò crudere

<sup>a</sup> De hoc arcanae seu mysticæ vel inusitatæ Latinitatis genere non semel loquitur Virgilius grammaticus; ejuque brevia exempla ex variis auctoribus profert in epistolis atque in epitomis. Mihi vero Virgilius doctrinam hoc amplo ejusmodi Latinitatis specimine cumulare placet; quod conferre proderit cum Antonis Vercellensis Polyptico paris ferme generis a me in sexto volumine Vaticanæ Scriptorum veterum collectionis edito. Porro Latinae elegantiae amatores

hoc sane scriptum diris suo jure omnibus devotevuditiis scrutantur, editori mihi gratiam habebunt Georgio putandi certe Walchio Latinitatis historiographo cset. nova occasio hinc orta fuisset, si rem novisset.

<sup>b</sup> Cod., *amatorum*.

<sup>c</sup> Id est, *accolas*.

<sup>d</sup> Glossa, *id est, manu*.

lunulas marthellis? Seu tinolam tensis suscitās odam A  
chordis? Forte concavas sonoreis profilas, e cutas  
harmonis?

3. Sed non intelligibili mentis acumine præstul-  
ter, quod lanigeras odorosa observas per pascua  
bidentium turmas, cui obessa arcatorum assiduo  
tramite sectaris concilia, ac ciciam gemellis balas  
curvanam scapulis rutulantes alboreis artas cala-  
mide maçiadis, pexamque carneis tōlibus amplecteris  
caminam. Nec sophica ingenioso acumine abscul-  
tas mysteria, sed doctoreas effæto conamine con-  
tariis historum turmas. Hinc mirificum tibi ingenioso  
libramine palo consultum, proprigenum natalis fundi  
irruere solum, ut agrica robusto gestu plasmaveris  
orgia, et <sup>a</sup> pantia raptis astant septa thermopylis.  
Pubescētes pecorea depascunt segetes agmina, ve-  
ternas mæsta genetrix lacrimosis virgat genas guttis,  
et infantilis murmurat invagitus, ac florigera resonat  
clangore per arva. Externum proprifera editrix abu-  
cat marem, placoreasque blandis concelebrat nup-  
tias thalamis. Hæc pantia natalem testigant orgia  
adire limitem.

4. Ceu montosus scropias tranat tollus, per ma-  
cides frondeos fluctivaga eradicat hornos devoratio:  
inormia evolvit murmure crepita, limosam fluminio  
mactat crepidinem alveo, concretas evellit vortice  
glarias; pari ausonicum exubero pululamjine fluvium.  
Veluti rosea æstivi laris veternas cremat pyram ru-  
bigine amarcas, ac aruca favellosis minorat robora  
tumulis, ciboneus torridum spirat clibanus ructum,  
flangosas flæctit per laquearia flammias; æquali do-  
ctoreas torreo fervore catervas. Ceu truculentus pe-  
corea terret bovencus armenta saginatum stricta  
mactet juvenem, ligitura horribilem viscera com-  
plet ingluxiem arvina, sanguineum trucido biatu  
sorbellaat fluentum; pari ærumnosos perturbo pavore  
historum logos. Quatinus vitreum tetigeris patula  
poli samum cuba, gemella præcipui alboris astra  
septemplex Olympi lustraverunt Boreales limites, C  
sabulosas litorei calculaveris micas planeti, tithicum  
stellato <sup>b</sup> viserit seminarium in termino, mundani-  
que vividum censuerint coloni ponti spiraculum,  
haud Hispericum propinabis avido gutture tollum.  
In quantum Eous ab occiduo limite distat, articus  
lineus sidereis ampliori rutilo præcellit arotuste <sup>c</sup>,  
dissonoreusque certantium frager militum mellisono  
antecedit apium strepitu, ac furibundus teneram su-  
perat Ursus bidentem; in tantum nostri loquelosi  
tenoris segregantur altrinsecus numina.

5. Bis senos exploro <sup>d</sup> vechros, qui Ausonicam  
lacerant palatham. Ex his gemella astant facinora,  
quæ verbalem sauciant vipereo tactu struem. Alte-  
rum barbarico anctu loquelarem inficit tramitem, ac  
gemello stabilitat modello, quaternaue neclit speci-  
mina; inelytos litteraturæ addit assidue apices;  
statutum toxico rapit scriptum dampno; litterales  
urbanæ movet <sup>e</sup> characteres facundie; stabilem pi-  
cturæ venenoso obice transmutat tenorem. Alius D  
clarifero ortus est vechrus solo, quo Hispericum re-  
guloſo icu violatur eulogium, sensibiles partumimum  
coriodit domescas. Cetera notantur picula, quæ  
Italicum lecti faminis sauciant obrizum, quod ex his  
propriferum loquelosi tenoris in hac assertionē affi-  
gis facinus.

<sup>a</sup> A Græco πάντα, ut infra cognoscitur.

<sup>b</sup> Cod., vixerit.

<sup>c</sup> Te encliticum, ceu Græcum τε, ut ait Virgilius  
grammaticus, in epistola de conjunctione, p. 85, qui  
tamen scribit ce.

<sup>d</sup> En duodecim genera Latinitatis, de quibus lo-  
quitur Virgilius grammaticus in Epitome v. Ex his  
duodecim generibus, duo deteriima esse ait, quæ  
aurum Ausonici seu Latini sermonis præcipue infi-  
ciunt, barbaricum, videlicet, genus sermonis, et Hi-

† INCIPIT LEX DIEI.

6. Titanous Olympium inflammat arotus tabula-  
tum, thalassicum illustrat vapore flustum, flammiv-  
vomo sectat polum corusco supernum, almi scandit  
camaram firmamenti. Alboreum Phœbeus suffocat  
<sup>ε</sup> Mene proritus, cibonea Pliadum non exomicaunt ful-  
gora, merseum solfluus eruit nævum tractus, den-  
sos Phetoneum extricat sudos incendium, roscida  
aret rubigine stillicidia, nec oliyatus frondea oliyat  
nimbus robora, sænosas dividuat imber uvas, mi-  
cras uricomus apricat lacunas rogos, mundanumque  
torret jubar gyrum. Aligera placoreum reboat curia  
concentum, tinulas patulis murmurant harmonias  
rostris, concaves aurium refoculant mulcedine cli-  
vos, frondicomas avitica orbat latebras turma, cam-  
paneas aculeant glevas, vernia sorbellant picis  
frustra, oleda pungunt stercolinia, fameas esciferis  
replent vesiculas sucis. Pecoreus vasta lustrat cœtus  
pascua, calastreus meant calcibus pessas, campanea  
variis serunt prædia conciliis, interna glaucis satu-  
rant exta serpellis, holerosa sennosis motibus rumi-  
nant pabula, insontes dividuant ovilia ides, arboreos  
pontes pedestri tramite tranant, frænosos lanigeræ  
intrans agnos catervæ, herbosas carpunt dentibus  
uvas. Hirsutus suum deseruit guigitia cœtus, ter-  
restres suffodiunt rostris sablones, stabiles filicum  
sorbent radices, holerosumque gustant sucum. Ta-  
bulosa fl-grantes esuum <sup>h</sup> orbant sonpedes stabula,  
altitatis frangosis motibus meant arrigas, ferreosque  
solvunt sessores cruribus sigillos, concavos sennosis  
motibus replent thoraces. Amens ferinæ prolis co-  
hois almos calcat epimnos, asperrimum involvunt  
gresibus muscum, gibiosos petulco prospectant ver-  
naculos scroplo. Inormes spumaticum verrunt del-  
phines pontum, salsas apertis sorbellant paulas gut-  
turum claustris, squameosque vorant gurgustos.

7. <sup>i</sup> Pantes solitum elaborant agrestes orgium  
cæteri tellatas strictis plasmant fossas nullis, spino-  
sis densant septa prunis, lapidias saxeæ mole glo-  
merant macereas: alteri multigenas pecorum agi-  
tant in pascua turmas, sonoreasque <sup>j</sup> trebquant <sup>k</sup> uehas,  
truculentos agrico mugitu perturbant melodios. In-  
numeræ frondicomum crebro tramite adeunt saltum  
turmæ, almaque cudunt fraus robora, erutas secu-  
ribus torquent astellas, edictasque strictis scindunt  
hornos arietum machinis, refertaque robustis an-  
sportant plaustra jugis. Ille sonoreus soporeis nos  
excitat tumultus expergesci thalamis, vestiles cor-  
poreis colligere strues mediadis. Hinc molliormes  
artate tōlibus trabias, alboreas rudi bysso pelliceis  
stipate camias baltheis, argentea fulvis figite lunu-  
lis stolis, blanda evolvite motatoria, mollesque la-  
nigero amplexu aptate tapetes.

8. Sophicam stemicate coloniam, ac litterales  
speculamini apices. Nonnulli cerimonicat arcatori  
trophea, si salubrem pectoreo carperit soporem  
claustris, ni rutilante Phœbei Orientis ardore som-  
niosum evellerit palpebris oblectamentum, tritam-  
que aptaverit lumbis stragulam, lectoralem cudere  
industriam. Ut quid nos tonitruoso sermonum obruis  
clangore, et internas loqueloso tumore perturbas  
aurium cavernas? Totum namque nocturni ligonis  
lectriceis censuimus stadium excubiis; vos soporea  
oblectastis pernas tabe: ob hoc nunc somnolentus  
non stigat tactus. Quidam de hoc doctoreo congela-  
mine spumantem adeat mancipator laucem, ut vi-

spericum, quod postremum hujus opusculi materia  
est.

<sup>ε</sup> Glossa, vel carectes.

<sup>f</sup> Legem diei intelligit auctor rationem exigendæ  
diei.

<sup>ε</sup> Glossa, lunæ.

<sup>h</sup> Cod., æs suum.

<sup>i</sup> Græcum, πάντες.

<sup>j</sup> Superscribitur pro pro re.

<sup>k</sup> Oche, jucunditas, apud Altonem, Polypt. p. 44.

treum scaloreis propinaverit fluentum idumis nocturna fontana tergere luem unda. Stornos concavis solvite factos archimis, ac sophicam auscultate industriam: murmureus suscitetur in æthra plausus, verbalisque robeat clangor, si unita cunctus steterit in aula cœtus. Ob hoc talem segregate cohortem. Hinc cæteri apricas adeant casas: alteri frondosa lustrant sub nemora, alii in hoc amplo stabilent tugurio.

9. Phœbeos supernum secat arotus poli centrum, mediumque diei appropinquat spatium. Hinc fame flagranti æstuat pectus. Ob hoc continua visitemus territoria, ut mellitum cerimoniceaverint flagrantibus pabulum. Quis gnarus decoream ducet per triviam catervam? Has clandestinas frequenter lustravi Thermopylas, ac remota hujus artici penetravi prædia: venustosque exploro acculas, qui vagos arceatorum pascunt choros. Stricto densate tramitem colligio, ageas astrifero statuite infolas sulco, Nepitheis truces maceraverint mediada spiculis crudeles: non talia viperei obvallant triviam latrunculi: multigenas degestis spoliant viatorum turmas inspillis, collectasque rapiunt prædas, armigera trucidant ensibus agmina. Ob hoc stricto discriminosas irruamus cuneo per pesas, aspera calcamus gressibus prædia, quæ saxeas torrida mole glomerant statuas, spinosasque parturiunt rumices. Hæc florigena exomitant arva, quæ porporeas glomerant a scaltas. Nec lapidea artant crepita, sed glaucicomas herbarum copulant uvas.

10. Caninus urbana murmurat sonitus inter nemora: forte externus adhæret mœnibus latrunculus, aut lustrantis concipiunt auribus strepitum agminis. Sonoreum gemellæ suscitant barritum alapæ, ut ovans vagantem flectit mansorius deversorio cohortem. Adunca strictim trahite clavi sigillum: Hæc concava scopatum amplectitur aula tolum, quod betuleis tergitur assidue fasciculis, nec ulla glomerat ciscilia. Hoc cœnosum æthræ astat tolum, quod concretas sordium arietat micas, nec frondeæ degestum elimant scopæ vestibulum. Aquoso stabilem implete hydore luterem, squaloreasque fluctivagis lavate bases fluentis, ac lmosas vitreo licumine tergite plantas. Arboreas figite in pariete curvanas, liniaremque comptis statuite tramitem archimis, ut amplum censuerint agrestibus spectaculum. Pelliceis cluite sessa pratis, roseum laricomi torriminis alite in aremulo cibano, minutas aprici graminis glomerate astellas, ut flammivomum eructavit incendium, calorem libraverit tactum, algidum eruerit focum. Quis tales poscet possessores, ut melchillentum concesserint opimum?

11. Non Ausonica me subligat b catena: ob hoc Scottigenum haud cripitundo eulogium; sed furibundos perculam amite amielios. Venusti excusant acculæ parcas amplecti sub numine ahmonias. Hæc concessa acutis findite edulia framis, ac arboreas escifero onerate mensas acervo. Doctoreum quaternis segregate chororum rithmis. Aquatico lavate idumas intro, ut lotæ innotescant cubæ. Ageum esciferas roboate c contentum in copias, ut salubrem propinaverit in præcordiis suxum. Arunca flammigenis crimbis calificate edulia, ut dulciorem rigaverint faucibus saborem. Micas fragmentorum concavis recondite canistris. Alnum herum poscite poli, ne ciboneum Cocyti irruerint acculæ lollum, sed supernum septemphicis poli adierint samum. Qui dulciferos cibaminum concessere acervos, quislibet comptam exactor poscet editricem, ut salsas lixæ tripudiaverint per cinerem lithias, ut crispantes sal-

<sup>a</sup> Callhas?

<sup>b</sup> Dicit, ut puto, auctor se Latina severitate non cohiberi. Jam quod addit *Scottigenum eulogium*, seu *eloquium*, id haud scio an auctoris patriam demoustrat. Et quidem vocabulum *Scottigenum* infra recurrit.

A sugena spumaverint trices paula. Statutum oppidum, ubi densum concientibus fixitum. Quæ dulciora sorbuistis solamina sennosis motibus corrosimus crustellas, o Scottigeni pululavit conditura olei, carnifer dentibus ruminavimus pernas, lacteus haustus, quamvis gaudifluam bibulo ore gæliam.

12. Titaneus occiduum rutilat arotus, roseos imam curvat radios sub speram: vasto exhomicat sidus polo: fulgoria Pliant specula d horanum. Nocturnus gravat nimbus: arboreas olivat e vaporribas, tetrandanum obumbrat mersa gyrum. Incalculatum turmæ calastreus meant ageas, seruunt bovella: quadrigonas idium concilia aulas: attritas hirti lustrant suistas porconipedum fulcris nectunt aurigæ sigillmeræ agrestium turmæ solitum laborande curribus nexum, ac solitis aprici tegmescunt in aulis. Ob hoc alma civilis globmœnia, apta benignis, poscere filoxinia conoreo instigate aditum barrito, ut hunc collegerit diversorio cœtum. Statuta pelltute sedilia pratis: torridum alite grimiterutilantemque accendite foco lampadem vitreum propinate olipo fructum, squalorivate fulcimina: mensium solito dividite collegio. Cæteri arboreum concito flexu inlem, strictisque f debelant grimina loaquosum adeant olympum, refertamque scapulis hydriam. Alii caneeas cocant enofarreas plasment rotas. Statutas cibaminframis strues, ligneas escifera onerate t: pia, melchillentaque pexis glomerate fra-scillis.

13. Interimis concavi pectoris opto la honorificam protelaverint acculæ mansam, qui melchillenta largiti sunt opimina, qui cibaminum concessere acervos. Tinctas accendite cibano tædas, ac lectoralem fastis industriam. Sopiferam artant palpe-dinem. Ob hoc blanda pecoreis velate cubi-rudesque serite motatoris tapetes, mollifibus plicate pulvellos gigris. Carboneas cin-strumas tumulo, ne attigua succenderin-amploque arserint pyrici fornacis incend-quadratum cludite regia ostium, ne atroc-rint prædones, clandestinas rapere furi-Cæteri lectoralem mentis acumine auscultent. Alteri sommosum abucent pernissotum. A-nas librent excubias, quatinus roseus Phœ-ei orientis rutilaverit proritus.

#### DE COELO.

14. De hoc amplo Olympi firmamento loquelo-sas depromam lento murmure strues. Hæc polica assili situ plasmata est spera, quæ umbri-ros vago tegmine stipat sudos, ignicomaque vasta nole amplectitur astra. Gemellos torridi alboris pastricat arotos: Titaneus diurnas rutilat Orion m-tas: pallida merseum illustrat gansia e pomeriu-Quinos vitreus artat baltheos h horanus. Cæteræ aloreum artant zonæ sotum, mundanaque coctar rubigine climata. Alteræ algidum spirant ructum, vianque evolvunt sparginem, gelidas horrendo flu-ore spargunt brumas, procellosum proflant turbid-ore sparMultiformis solifluis prætenui nubium vap-ve stemi-catur arcus radiis: volubilem policus se-erquet in vertiginem gyrus: stabilem discuriunt ca-nes erga

<sup>c</sup> Cod., contentum.

<sup>d</sup> Οὐρανόν.

<sup>e</sup> Vaporibus?

<sup>f</sup> Debellant gramina?

<sup>g</sup> Cod., promerium.

<sup>h</sup> Glossa, cœlum.

axem. Angelicas Olympius suffulcit catervas thronus, A  
eximia glauco arcuat camaram nævo. Septemplicem  
horani asserunt cyclum physici. Innumera cœli cacu-  
minis astant stemata, quæ temporeo propriamine  
explicare non famulor.

## DE MARI.

15. De hoc amplo Amphitrites lucumine loque-  
losum cudere nitor tornum. Hoc spumans mun-  
danas obvallat Pelagus oras, terrestres anniosis flu-  
ctibus cudit margines, saxeas undosis molibus irruit  
avionias, infimas bomboso vortice miscet glarias,  
astrifero spargit spumas sulco, sonoreis frequenter  
quatitur flabris, ac garrula fatigat Nothus frustra,  
tithica ætherium irrigat stillicidia gyrum, calastrea  
glaucomus verberat competa pontus, periclitantes  
mactat naufragio puppes. Alias sereno compaginat  
tithis situm, nec horrida tempestivi murmuris pro-  
flat susperia, sed garrulæ tranquello tabescunt undæ  
fomento. Gemellum Neptunius collocat ritum fluctus; B  
protinus spumaticam pollet in littora adsisam, re-  
fluamque prisco plicat recessam utero, geminum  
solita flectit in orgium discurrimina, afroniosa lu-  
teum vellicat mallina terminum, marginosas tranat  
pululamque metas, vastaque tumente dodrante inun-  
dat freta, arboreos tellata flectit hornos in arva,  
assiduas littoreum glomerat algas in sinum, patulas  
eruit a cautibus marmas, illitas punico evellit con-  
chas, belbicias multiformi gemine harenosum  
evoluit effigies ad portum, fluctivagaque scropheas  
vacillant æquora in Thermopylas, ac spumaticum  
fremet tumore bromum. Interdum tumentem pastric-  
cat tenerius lidonem, nec solita marginosi tramat  
limina fundi, rostratas torvis fluctibus fulcit carinas,  
roboreas undisono bælat rates fluastro, immensasque  
marmoreo gurgite gestat scaphas, ac ingentes tha-  
lassicum navigant Laburnæ gremium. Delfinum glau-  
cis sub fluctibus ludicat seminarium, inormia vastum  
litigant cœtia per itum, ærumnosos ruminant a gur-  
gustos, vitreumque sugillant faucibus salum, ac tor-  
nos guttoricant piscellos, Neptunia spumeis ver-  
runt cærulea gigris, salsugenum gustantibus infes-  
tat Pelagi unda saporem. Si b pantes mundani or-  
bis c acculæ internum æquoris spectarent ute-  
rum, repentina mortiferum irruerent voragine clau-  
strum.

## DE IGNE.

16. Hic roseus laricomi torriminis crepitat rogas,  
qui torridum proflat ardore furium, flammeas plicat  
rubigine spathas, flexosos flammeo torret ramos  
incendio, assida invadit fomite sarmenta, fumantem  
rapida evomit vaporem pyra, emeream spargit  
æstibus favillam, innumera ciboneus plasmata servitia  
æstus. Protinus farriosas carboneo fotu assat crustel-  
las, cruda concavis coctat trementia lebetis, argen-  
teos mollificat fornace metallos, auriaque rubreo  
liquescent massæ in camino. Pantia viricomis cali-  
ficat licumina fomentis, natalemque flammivomi D  
laris depromit lento murmure rigorem. Duro jam  
viguit silicis in utero, ferriale sollerti nisu torsit  
inflammator focile, aprica scintillosus exarsit in  
spungia tactus, collectamque flexit incentor stuppam,  
ac d micrum mutuo vertigine eructavit scintilla fu-  
mum, veternas in facem glomeravit astellas, inmen-  
saque turgidis crevit pyra flammis. Umbriera late-  
brosis extricat velamina tegulis, infestaque flammis  
sonis depellit frigora clibanus, ac torrida involvit  
incendia. Saltim pantes truncarent acculæ stipitem,  
uricomo concremaret focus ructu. Hic florens amplo  
nitore exomicat drimum, urbana immensi amplectitur  
mœnia globi, in quibus turrata multiformi com-

<sup>a</sup> Glossa, *pisces*.

<sup>b</sup> Græcum, πάντες.

<sup>c</sup> *Aecolæ*.

<sup>d</sup> Græcum, μύρον.

page astant iuguria. Ardua campaneus collocat septa  
situs: maturas frugifero tegmine parturit segetes,  
odorosa glomerat vineta, quæ rapidos micris nectunt  
acinos ramis. Spinosis degestum verrunt astitiæ  
prædium: aquosi luteas irrigant fluvii venas: erum-  
pantes fontanos tumores eructat tellus latices, fæno-  
saque e scaltis pollent prædia roseis, ac delicatas  
copulant homestas. cæruleasque gignit serpellas,  
quæ pecoreas saturant turmas. Sublimes degestum  
ambiunt f celles drimum, saltosaque extremis cas-  
tat robora in e oris. Incalculata congellat frondium  
genimina, quæ dispares patulis stipant fruges ramis,  
holerosa profundæ, separant rura loveæ, quæ her-  
bosas glaucis arictant uvas ansis; innumeras pecu-  
dum tellatus pascit catervas terminus; immensaque  
terrenum gestat saxa fundamentum: plurilica cam-  
paneus nectit stemicamina fundus: quæ loquelari  
tramite haud explicare nitor, ne doctoreas rhetorum  
gravavero venas.

## DE VENTO.

17. Hic sonoreus alma mactat zephyrus robora,  
aniosas terrestribus plicat ilices sulcis, turrata robu-  
stis spoliat iuguria flabris, superna cacumium fri-  
ctat laquearia, tithica flectit telluri cærulea, ac ma-  
rinas exaltat in astra spumas. Glaucomantem fa-  
tigat Auster Tithonem. Bis senos physici et ferunt  
Zephyros, et quaternos ibi explorant Euros: quis  
alterni inhærent crepitu Noti, et velut subjectas  
opacant alas: mundanum vasto æthere proflant in  
sollum: trina murmureus pastricat trophæa Notus,  
quod spumaticum rapuit toto diluvium, pollentem-  
que tonuit rapere dodrantem, ac corporeas percudit  
tactu effigies. Nec sibilans intueri queat procella,  
altusque poli rector murmurantibus degesti de pen-  
nis euri gibrorum reanime censebit logum.

## DE PLURIMIS.

18. Hæc egregia florens fulget caterva pompis,  
quæ fulvas congelat extrinsecus stragulas, ac vesti-  
les multigeno hgone nectunt strues. Cæteri purpu-  
reas acricant blemmos: alii cicinias castant me-  
diadis stolas: alteri hyacinthinas corporeis stipant  
trabias pernias: plurifici stornos carnali compage  
globant amictus: ostreas pastricant armellosas, gil-  
vas verticibus alunt mitras, crispososque sedant  
cincinnos, ac libosas copulant tricarias: nitentes  
cervicibus gestant curvanas. Innumeri quadrigonas  
captant scutilibus peltas, ferriales vibrant idum s  
pugiones, ac altera glomerant plasmamina, quæ  
temporali propriamine non exprimo.

## DE TABERNA.

19. Hæc alborea exomicat taberna, quæ spissas  
brevisculo tegmine artat setas. Quadrigono dege-  
stum sutum est figmento archimium: unitam su-  
perna amplectitur januam ora, quæ stricto assilibus  
b polygonis rotis cluditur operculo, ac bis senis al-  
ligatur adeo restibus, flexaque arcatorum cervicibus  
vehitur sarcina. His inditum depromam curvanæ  
ductum. Saginatas pecudis dudum tegebat pernas,  
hirtumque acuto framine decoriavit carnifex corium,  
densaque tensum est parieti inter vimina, ac igneo  
aruit fumo, obansque edictum laceravit opifex ar-  
chimium: astrictis corialem pastricavit corregis  
tegulam, bis binos plasmavit angulos, lectoque pel-  
licum gestamine perfecit armarium. Cætera non  
explico lamine stemata, ne doctoreis suscitavero  
fastidium castris.

## DE TABULA.

20. Hæc arborea lectis plasmata est tabula fomen-  
tis, quæ ex altero climate ceream copulat lituram

<sup>e</sup> *Calthis?*

<sup>f</sup> *Colles?*

<sup>g</sup> Ita Cod., 2 manu. At 1, *arvis*.

<sup>h</sup> Cod., *palligons*.

Defidas ugnifero intercessu nectit colomellas, in  
quis compta lusit calatura. Aliud jam latus arbo-  
reum majusculo ducto supat situm, varia stemicatus  
pictura, ac comptas oras artat. Hæc olim frondea  
glaucoconi crevit inter robora fundi, ferrialique cre-  
scentem amputavit opifex securi stipitem, quadri-  
gonum ligneo dolavit incrementum nervo, micram  
erunt ascia margeriam, ornatamque perfecit tabu-  
lam, quæ dexterali historum gestatur iduma, ac so-  
phica cereis glomerat mysteria plaveus. Nunc lo-  
quelarem celeri flexu retrahit tramitem, ne ingenio-  
sas rhetoriam gravavero domescas.

## DE ORATORIO.

21. Hoc arboreum candelatis plasmatum est ora-  
torium tabulis: gemellis conserta bijugis artat latera  
quadrigena, edicti stabiliant fundamenta templi.  
Quis deansum globoso mummie crevit tabulatum?  
Supernam compaginat camaram, quadrigena comptis  
plextra sunt sita tectis. Ageam copulat in gremio  
aram, cui collectam cerimoniant a vates missam.  
Unitum ab occiduo limite amplectitur ostium, quod  
arborea strictis lotis cluditur regia. Extensum tabu-  
losa supat porticum collectura. Quaternas summa  
nectit pinnas. Innumera congellat plasmamma, quæ  
non loqueloso explicare famulor turno.

## DE ORATIONE.

22. Supernum vasti posco herum poli, qui mun-  
danam almo numine condidit molem, tithico terre-  
strem obvallat limbo crepidinem, humanos lecto  
restaurat vernaculos incremento, glaucicomas foliata  
strue tegit amarcas, florigeros alit de tellure culmos,  
almi gibbarum turmis collocat pæmia throni; nubi-  
bus æstivum naviganti fretum robustam concede pup-  
pim, ut furibunda evadam discrimina.

## DE ECCLIA RE.

23. Lapsis olim annosæ voraginis stadiis rutilante

<sup>a</sup> Vates intelliguntur episcopi in inscriptionibus  
Christians a me editis. Hic intelligo sacerdotes.

<sup>b</sup> *Æstuosum?*

A Phœbei orientis aurora, quidam furiibundus rmatu-  
rum latrunculus externas inimicosæ telluris adiit  
metas. Tum glaucicomantes cellium conlito tra-  
mite lustrantes inter jubas setigerum porci e indo-  
lis notat inter nemora cœtum. Hinc quidam robustus  
ferali dolone tyrannus hirta crassi terebrax latera  
apri. Jamque roscidam purpureo cruore cadaverer lato  
sollerti tractu torisit cervici, vastamque macipato-  
res trucidant spathis amarcam, ac ferreo cilunt si-  
licem metallo, apricisque stenueant roguum armen-  
tis, flammivomisque laris frondeam fumiga eliba-  
nus silvam. Hinc quadrigena inserta veribus atuitur  
ciaticula, setosasque roseis torrent toles flumeis,  
ac arboreis crudas insuunt sudibus pernas ostrea  
sanguinei hœmioris decidant inter faces silicidia,  
assataque carnei ponderis gustant armatorum frusta,  
sullem sorbent faucibus pastum. Hinc proge istius  
telluris accule extremas natalis soli oby llabant  
assidue oras, ne inimicæ paternis pollere discrimen  
sulcis. Jamque solitis finalis globi lustrantes  
anfractibus, edictum silvestrea prospectant latruncu-  
lum inter robora. Tuam frondeus irruente caterva  
frangoriat saltus, ac protervus clamat die cœtus,  
quod ex crudeli strage non evaderent de agone su-  
perstites, nusquam atroces alitum veherent in æthera  
ungues. Hinc strictam furibandi denant autem ty-  
ranni, ac armata ferunt incidentes rostro Albo-  
reum aereo spargitur chimentum sulco: tres re-  
ciproco libramine penetrant dolones, deestaque  
carneis terebrant spicula toles, ac carniferi purpu-  
rei serpunt per latera rivi. Inermes ruunt in obello  
gigantes, ac assiles solvunt ensibus gigras, dum toxi-  
cus irruentem certandi robore frangit latrunculus  
phalangen, mortifera spoliant vestium stragada-  
vera, horrendoque jubitant crudeli tumultu. Hinc  
reduci tramite paternum remeantes in solium, fabu-  
losam expriment accoæ soriam.

<sup>c</sup> *Collium?*

<sup>d</sup> *Glossa, congerien.*

## ORDO RERUM

## QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

## BEDA VENERABILIS.

Bedæ <i>Elogium historicum</i> , auctore Mabillomo.	9
<i>Vita Bedæ</i> , auctore Cuthberto.	55
<i>Alia Vita</i> , auctore anonymo pervetusto.	41
<i>Alia Vita</i> , auctore item anonymo.	55
<i>Commentarius pro viis</i> de venerabili Bedæ, sive, de ejus etate, Vita a Turgoto collecta, cultu sacro, antiquorum ipsi attestantium sententiæ.	<i>Ibid.</i>
<i>Vita</i> a Turgoto collecta.	59
<i>Disquisitio</i> de Ven. Bedæ et Flori diaconi Lugdunensis Commentarius in Paulum.	67
<i>Dissertatio</i> de scriptis Ven. Bedæ, auctore Casim. Ou- dino.	71
<i>Notit a</i> Fabricii in Ven. Bedam.	101
<i>Testimonia</i> Veterum de Ven. Bedæ.	115

## OPERA DIDASCALICA GENUINA.

De Orthographia liber.	125
De Arte metrica liber, ad Wigbertum levitam	149
De Schematis et tropis sacræ Scripturæ.	175
DE NATURA RERUM.	187
CAPUT PRIMUM. — De quadrisario Dei O, et e.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De mundi formatione.	189
CAP. III. — Quid sit mundus.	192
CAP. IV. — De elementis	195
CAP. V. — De trauamento.	197
CAP. VI. — De varia altitudine cœli.	199
CAP. VII. — De cœlo superiore.	200

CAP. VIII. — De aquis cœlestibus.	201
CAP. IX. — De quinque circulis mundi.	202
CAP. X. — De plagis mundi.	204
CAP. XI. — De stellis.	206
CAP. XII. — De cursu planetarum.	208
CAP. XIII. — De ordine eorum.	211
CAP. XIV. — de apsidibus eorum.	215
CAP. XV. — Quare mutant colores.	251
CAP. XVI. — De zodiaco circulo.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVII. — De duodecim signis.	252
CAP. XVIII. — De lacteo circulo.	253
CAP. XIX. — De cursu et magnitudine solis.	254
CAP. XX. — De natura et situ lunæ.	256
CAP. XXI. — Argumentum de cursu lunæ per septuaginta.	258
CAP. XXII. — De eclipsi solis et lunæ.	240
CAP. XXIII. — Ubi non sit et quare.	242
CAP. XXIV. — De comæ.	245
CAP. XXV. — De aere.	244
CAP. XXVI. — De vento.	246
CAP. XXVII. — Ordo venarum.	247
CAP. XXVIII. — De tonitruo.	249
CAP. XXIX. — De fulminibus.	251
CAP. XXX. — Ubi non sint, et quare.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXXI. — De arcu cœli.	252
CAP. XXXII. — De nubibus.	255
CAP. XXXIII. — De imbribus.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXXIV. — De grandine.	254
CAP. XXXV. — De nive.	<i>Ibid.</i>